

7 – 3 – 6 Citations concernant Philibert Commerson par  
Cavanilles A.J. dans  
*Hortus regius matritensis*

**Boldoa**

... recognus par Commerson et Sonnerat...

... en même temps, il peaufina certaines choses qui étaient communes à Commerson et à d'autres hommes éminents

Synonyme de : *Salpianthus*

**BOLDOA<sup>1</sup>.**

*Character genericus*

Corolla monopetala, tubulosa, subtetragona, quadridentata, persistens.

Calyx nullus.

Staminum filamenta quattuor, hypogyna corolla longiora; antherae subrotundae, didymae.

Germen liberum, globosoacuminatum; stylus subulatus, apice inflexus; stigma acutum.

Utriculus globosoacutus, semen continens globosorrostellatum, atrum, glabrum, corolla tectum.

Albumen centrale, farinosum, album. Embryo annularis.

Cotyledones turbinatosemicylindricae. Radicula arcuata.

*Observatio 1.* Genus ex *Atriplicea* familia *Chenopodio* affine, a quo differt genitalium tegumento quadridentato, stylo atque stigmate simplicissimo et staminum numero.

*Observatio 2.* Stamina aliquando tria observavit Boldo.

<sup>1</sup> Genus nuncupatum Balthasari Boldo, medicinae doctori, qui iussu Regio Cubensem Insulam adiit naturalem eius historiam descripturus. Ubi primum ibi e navi descendit ardenti hilarique animo commissum sibi munus explere incipit. Iam arva, valles, montosa atque maritima loca perlustraverat, describens novas aut rariores stirpes, quarum vires et usus summa inquirebat atque notabat diligentia; iam Virginiam atque Marylandiam viderat quo se cursim contulerat ut botanicos consuleret, hortos atque indigenas illius regionis plantas observaret; iam denique in Insulam regresus festinabat opus ad umbilicum perducere, quando febris correptus praematura morte discessit. Nonnulla dumtaxat perpolivit, quod Commersonio aliisque praeclaris viris fuit commune; plura semiplena reliquit ulteriore examine perficienda; bis mille plantarum species in Regio Herbario nunc asservatas exsiccavit in memorata Insula ut plurimum lectas; quarum 66 delineatas vivisque coloribus expressas nunc possidet nostra Horti bibliotheca.